

ASTRVM IN EX-  
TINCTVM  
SIVE  
IVS AGENDI  
ANTIQUORVM RE-  
LIGIOSORVM ORDINVM,  
PRO RECEPIENDIS SVIS MONASTERIIS  
(quæ nonnulli perperam Extincta fuisse dicunt) & bonis Ec-  
clesiasticis, per S. C. M<sup>ts</sup> Edictum Generale, vel Ius belli, &c. restituen-  
dis; è Sacris Canonibus, eorumq<sup>b</sup> Interpretibus clarè  
DEMONSTRATVM

A

R.P.F. ROMANO HAY ORDINIS S. BENE-  
DICTI, Imperialis Monasterij Ochsenhusani in Suevia  
Presbytero Theologo.

NEQUE ALIENAM TERRAM SVMPSIMVS, NEQUE ALIE-  
nam detinemus; sed hereditatem Patrum nostrorum, quæ intusè ab inimicis nostris  
aliquo tempore possessa est; Nos verò tempus habentes, vendicamus hereditatem Patrum  
nostrorum. 1. Machab. 15. vers. 33.

EDITIO PRIMA

Cum approbatione & consensu Superiorum ac Privilegio  
Sac. Cæsarea Majestatis.



IVXTA AVTHORIS AVTOGRAPHVM  
excusum, Anno Christiano M. DC. XXXVII.



# ASTRVM INEXTINCTVM

sive

## IVS AGENDI

Antiquorum Religiosorum Ordinum pro re-  
sidentibus suis Monasteriis et bonis Ecclesiasticis  
E sacris Canonibus corumq; interpretib; elate  
DEMONSTRATVM.

M. DC. XXXVI

M. P. F. Romano Haui, Ord. S. Benedicti Imperialis  
Monast. Ochsenhusani in Suevia Prebytero Theologo  
Anno Christi  
Catholice millesimo  
Anno MDCXXXVI



SERENISSIMO ET POTENTISSIMO  
PRINCIPI

FERDINANDO III.  
VNGARORVM ET BOHE-  
MORVM REGI, ARCHIDVCI  
AVSTRIAÆ, &c.

REX, IN ÆTERNVM VIVE!

**A**D portam Augustæ Domus recta venio cum libro. Neque hoc admireris quod occupato intercedam; sed illud, quod in tanta licentia, Regi nunquam liceat esse otioso. Quid? quod salutantium supplicumq; statione obsessus Octavianus Imperator, vicem suam conquestus est, *Vni sibi nunquam ferias obtigisse.* Immò, *Vni Tibi, FERDINANDE, Magnorum Regum Maxime.* Ita nullum remittis tempus, neque *Terespicis:* sed noctesq; diesq; curas, elaboras, perficis. Tu verò mihi da veniam, Auguste Octaviane. Etenim feriatæ indulsisti aleæ, cuius gratia populari te versu accepit Roma:

*Postquam bis classe vicitus, naues perdidit,  
Aliquando ut vincat ludit assidue aleam.*

(†)

En!



ILLVSTRISSIMIS,  
REVERENDISSIMIS, ET AD-  
MODVM REVERENDIS DOMINIS DOMI-  
NIS, S.R.I. PRINCIPIBVS ABBATIBVS, PRÆSIDENTI-  
BVS, PRÆPOSITIS, GENERALIBVS, PROVINCIALIBVS,  
Vicariis, Visitatoribus, Prioribus, Guardianis, Decanis, Prioribus Claustrali-  
bus, cæterisq; Religiosis omnium antiquorum Ordinum Professis, Principi-  
bus ac Dominis Clementissimis, Obscurandissimis, Patribus ac Fratri-  
bus plurimū honorandis, sempiternam felicitatem  
precatur Auctor.



INTER opera Dei visibilia, Sanctissimi Ordines, supremum locum obti-  
net firmamentum, quod stellis innumeris condecoratum ex alto gloriose  
refulget: *Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, specie reius in visione*  
*glorie;* inquit Ecclesiasticus c. 43. Quid enim illo pulchrius? quid specio-  
fius excogitari potest? Cælum noctibus contemplamur, illosq; scintillan-  
tes ocellos identem suspicimus & admiramur, quandam enim vite simi-  
litudinem in seipsis referunt, dum præter uniformem vastissimæ rotationis  
motum, etiam perpeti nictatione perennes excubiarum vigilias obseruare se demonstrant.  
Vnde non defuerunt iam olim, qui *gyrum stellarum* (ut ait Sapiens) *Deos esse putauerunt;* Sap. 13.  
colligiturq; ex Deuter. 17. Ammonites ante tempora Abrahæ Solem & Lunam & yniuer- Gen. 15. v. 16.  
sam cœli militiam adorasse: quam abominationem Manasses quoque Rex Iuda, cum ingen- 4. Reg. 21.  
ti scandalo totius populi, legitur in Hierusalem induxisse; dum in ipsa sancta ciuitate ex stru- v. II.  
xit altaria in duobus atriis templi Domini, Soli & Lune, & duodecim signis, & omni militia cœli, 4. Reg. 21.  
traduxitq; filium suum per ignem & ariolatus est, & obseruavit auguria, ut faceret malum coram 4. Reg. 21.  
Domino, & irritaret eum. Quin & Plato Philosophus, & Romanorum sapientissimi, ipsiq; Cic. in som-  
Pharisei Iudæorum doctissimi, cœli sidera diuinis mentibus animata fuisse existimantes, iis- Scip.  
dem hæbraica nomina indiderunt, eademq; coluerunt & Angelos esse putauerunt. De Eth- Baron. in An-  
nicis post mortem inter sidera relatis, aut referri cupientibus, Ethnicorum plena sunt mo- nal. ad annum  
60. numen-



## Lectori Salutem Auctor.

**I**RABERE faciem libelli, benevolc Lector, agi  
modò de *Iare agendi*, cùm non actione, sed execu-  
tione rem iudicatam geri oporteret. Mirantur  
plures, non operis materiem, sed præpostera m tra-  
stanti necessitatem, quam vti non intulimus, sic il-  
latā euitare nequimus. Pluribus hinc annis, infelix  
Germania hausto per *Saxeum Lutērem* hærescon veneno, in amen-  
tiam versa futere cœpit, ac diffuso per viscera malo, cruentis ensi-  
bus in seipsum desæuiens, Vrbes, oppida, Cœnobia, regiones vno  
impetu peruersit; eos spumanti vultu præcipue designans, quos ani-  
ta Religionis excellentia, vel Monastici cultūs obseruantia Roma-  
no Pontifici Deoq; viciniotes monst; auerat. Quæ situm diu reme-  
dium, nec iuuentum; consilij quippe impatiens (vt mos est insa-  
nientium) rationi disformia non modò loquebatur; sed etiam ex-  
cuso quoq; imperio, palam agebat. Deniq; Passauia subsidium tu-  
lit, sed elumbe; neque enim præteriorum pœnitentia miseræ Na-  
tioni persuaderi potuit, vb; q; fugam meditante Fortuna. In tem-  
plo Pacis iustum fœdus, in se fœdum, pulchrum necessitate. Omnia  
furori condonata, ipsa quoque Sacrarum Virginum & Monacho-  
rum Cœnobia, quæcunq; sceptro non contigisset Imperator. Iam  
iterum fortunata credebatur Germania, non ademptâ sed circum-  
scriptâ sœuiendi licentiâ: Verum pro varietate Lunæ, redibat hu-  
morum conuulsio, ruptisq; Pacis repagulis, in Ecclesias & Mona-  
steria vi vel astu penetrans, loca sacra populabatur: Ac ne cœlitum  
recordatio in oculos incurreret, eorum proterebantur imagines;  
eliminatis quoq; , qui monere poterant; salutis memoria, prô do-  
lor, extincta, cum nidore pereuntium fumigabat.

Quid tantam morbi pertinaciam leniret; præter patientiam nil

A super-

Lutherus  
Saxo.

Transactio  
Passauens.

## COPIA

Offenen Contestation Patents,  
des Hochw. Herren Prälaten zu  
Kaysersheimb Ord. Cisterc. we-  
gen der bezüchtigten Cession  
etlicher Clöster / de dato  
26. Junij 1631.

Br F. Jacob Abt des Gotteshauses  
Kaysersheimb Röm. Käys. May.  
Rath / vnd Capellanus perpetuus,  
fügen hiemit mānniglichen zuwissen.  
Demnach wir verschalten Jahrs nicht  
ohne sonderbares Beträuren vnd herzli-  
che Bekümmerniß erfahren müssen /  
was Gestalt wir von etlichen Herren  
PP. bus. der Societet Iesu mit vnground-  
dahin insimulirt vnd bezüchtigt wor-  
den / Ob solten wir neben noch zweyer  
andern vornehmen Herren Prälaten / ic.  
Ihrer Societet, zur Fundier: vnd Er-  
bauung vnderschiedlicher Collegien,  
nicht allein die Jenige Jungfrau Clö-  
ster / sondern auch die geringere oder  
schlechtere Manns Clöster / so durch die  
Röm. Käys. Mayest. vnsrern allernā-  
digsten Herrn / von vnsrern widerwer-  
tigen Religionsgenossen vnd vurechte-  
mäßigen Detentorn, durch sonderha-  
ren Sönlischen Beystand diese Jahr  
herein / Sighafft: vnd glücklich recu-  
perirt, vnd erobert / vnd noch fürters  
erobert werden / freywillig cedirt, vnsrern  
Heiligen Orden dieselbe gänglich be-  
geben vnd besagter Ihrer Societet ledig-  
lich eingeräumt vnd überlassen haben.

Dat wir hierauf zu nothwendiger  
defension vnd Ehrenrettung weniger  
nicht kündten / als solche vns vngülich  
vnd mit fundbarem Vngrund beyge-  
messene Beurtheitung dero selben au-  
thori, cuius nomini honoris gratia

parcimus, durch abgangene verschalde-  
ne Schreiben vnter datis vlt. Augusti,  
vnd 22. Septembris, des nachstver-  
wicknen 1630. Jahrs ganz beschaiden-  
lich zu contradiciren, vnd daß wir sol-  
ches weder jemahlen zu Sinn genom-  
men / noch ohne höchste Verlesung un-  
serer Consciens vnd Obediens thun  
herrn können / beweglich zuerinnern/  
alles der ohngezwistete Hoffnung vnd  
rechtmäßigen Zuversicht, es solten die-  
se vnsrte nochmahlen wiederholte erin-  
nerungen / contradictiones & contesta-  
tiones bei gedachtem authore, als ei-  
nem hochanfehlchem fürnehmen gewiss-  
senhaftem Herren so viel gefruchtet ha-  
ben / daß wir dergleichen hochbeschwert-  
lichen vnd weit hinein greifenden insi-  
mulation vñ Bürgen fürters gebriger  
seyn vnd bleiben solten.

Dieweil wir aber seyhero noch wei-  
ter im Werck erfahren müssen / daß  
Ehrengedachte Herren PP. hierdurch  
zu keinen anderen Bezaigungen bewo-  
gen worden / sondern wider vns ein sol-  
ches an allen Enden vnd Driuen / selän-  
ger je mehr öffentlich spargirt, vnd auf-  
gesprengt / ja sogar durch offene in den  
Druck gegebene Schriften / solch ihr  
vermeintes berühmen zu ihrem Vor-  
stell dermassen colorirt, daß ihnen hier-  
auss von mānniglichen hohen vnd ni-  
dern Stands / deshalb vollständiger  
Glauben gegeben / vnd nunmehr mān-  
niglichen in dem Wohn vnd Gedanken  
stehen / Ob sollte solche eingebildte Cessio  
vnd Begebung / von vns ganz richtig  
beschehen / vnd ipso facto fürgangen  
seyn / gestaltsame dann ihnen auch von  
den höchsten Catholischen Häuptern  
hierinnen nunmehr so weit beyfallen  
worden / daß sie in etlichen / besonders  
aber in den Ober. vnd Nidersächsischen  
Ecc. ij Crans.